

✠ Ego ROGERIUS calabriae comes et siciliae anno ab incarnatione domini. M.º nonagesimo quarto. indictione prima: ad sanctam dedicationem sancti templi ad honorem dei. et sanctae Mariae virginis et sancti iohannis baptiste consecrati: veniam aliquorum meorum peccatorum promerendus: perrexi; Qua quidem deo dicata. et a panormitano archiepiscopo. et a melitensi. et tropiensi. neucastrensi atque cathanensi episcopo reverentissime consecrata: ego Rogerius calabriae comes et siciliae. pro dei amore. et animae meae remedio. et pro salute animae Roberti guiscardi fratris mei et gloriosissimi ducis apuliae et calabriae. et pro remedio animarum fratrum meorum. atque omnium parentum meorum. et uxorum meorum; predictae consecratae aecclesiae. et fratribus ibidem deo servientibus Domino videlicet Brunoni et domno lanuino et ceteris horum confratribus et horum omnium successoribus: dedi aecclesiam sanctae mariae de arsafia cum omnibus suis pertinentiis ubicumque sint. ut aecclesia de heremo et predicti fratres in perpetuum illam quiete habeant. sine omni calumnia. sicut libere ac quiete ego illam tenui. omni remoto tremari et plathario. et horum omnibus remotis infestationibus. Insuper dedi predictae aecclesiae et fratribus duos pecorarios. unum qui moratur ad stilum cuius nomen arcudius. et frater: abbatiss sancti georgii. Alterum qui manet in uno casale de geratio. qui vocatur costaniblat. Et ad stilum. X. villanos quorum haec sunt nomina. Basilius machedo cum fratre suo lentith. Basilius de comitu. Guithos. Georgius ardavastus. Theodorus frater eius. Elias Poliactos. Gregorius monachel. Nicolaus bugotias. Haec autem donaria: aecclesiae predictae de

✠ Io Ruggiero conte di **calabriae** e di **siciliae** nell'anno millesimo novantesimo quarto dall'incarnazione del Signore, prima (→ seconda) indizione, cercai di ottenere il perdono di alcuni dei miei peccati con la santa dedica del santo tempio in onore di Dio e della santa vergine Maria e di san Giovanni battista consacrati, il quale invero a Dio dedicato e con grandissima venerazione consacrato dall'arcivescovo **panormitano** e dai vescovi **melitensi** e **tropiensi**, **neucastrensi** e **cathanensi**, io Ruggiero conte di **calabriae** e di **siciliae**, per amore di Dio e per aiuto della mia anima e per la salvezza dell'anima di Roberto Guiscardo fratello mio e gloriosissimo duca di **apuliae** e per la salvezza delle anime dei miei fratelli e di tutti i miei genitori e mogli, alla predetta chiesa consacrata ed ai frati ivi serventi Dio, vale a dire a domino Brunone e domino Lanuino e agli altri loro confratelli ed ai successori di tutti, ho dato la chiesa di santa Maria **de arsafia** con tutte le sue pertinenze, dovunque siano, affinché la chiesa **de heremo** e i predetti frati in perpetuo la possiedano in pace senza qualsiasi calumnia come liberamente ed in pace io la tenni, senza alcun timore e plateatico e senza qualsivoglia vessazione per loro. Inoltre ho dato alla predetta chiesa ed ai frati due pecorai, uno che abita presso **stilum** e il cui nome è Arcudio ed è fratello dell'abate di san Giorgio, l'altro che abita in un casale di **geratio** e si chiama **costaniblat**, e presso **stilum** dieci villici di cui questi sono i nomi: Basilio **machedo** con suo fratello **lentith**, Basilio **de comitu**, **Guithos**, Giorgio **ardavastus**, Teodoro suo fratello, Elia **Poliactos**, Gregorio **monachel**, Nicola **bugotias**. Dunque queste cose alla predetta chiesa **de bosco** ed ai frati ivi Dio serventi ho

bosco et fratribus ibi deo servientibus. dedi adelaide coniuge mea consiliante et laudante et concedente. Iofrido filio meo. Predictis. V. episcopis. Iosberto de luciaco. Pagano de gorgis. Rogerio bonnello. Malgerio filio meo. fulcone cappellano meo qui haec scripsit. hoc autem datum: testimonio superscriptorum testium. Si vero persona aliqua. filius meus aut aliquis heres hoc meum quassare temptaverit donum et privilegium: mihi vel posteris meis centum libras auri persolvat: et nisi ad condignam venerit satisfactionem fratrum ibi deo servientum: perpetuae subiaceat dampnationi. Postquam vero factum: hoc privilegium: ego idem comes. R. poliactos quia monachus erat: de servicio predictorum fratrum removi donans illis pro eo galat cum filiis et suis hereditatibus in perpetuum.

dato, con il consiglio e la lode e la concessione di Adelaide mia coniuge. **Iofrido** figlio mio, i predetti cinque vescovi, **Iosberto de luciaco**. Pagano **de gorgis**, Rogerio Bonnello, Malgerio figlio mio, Fulcone mio cappellano che scrisse queste cose, ciò dunque fu dato con la testimonianza degli anzidetti testi. Se invero qualsiasi persona, figlio mio o qualsivoglia erede tentasse di cancellare questo mio dono e privilegio paghi a me o ai miei posteri cento libbra d'oro e se non verrà a degna soddisfazione dei frati che ivi servono Dio, soggiaccia a perpetua dannazione. Dopo aver fatto questo privilegio invero io stesso conte Ruggiero poiché era monaco cancellai **poliactos** dal servizio dei predetti frati donando loro al posto suo **galat** con i figli e le sue eredità in perpetuo.